6-uye

ROSAE PARTHENICÆ,

DEIPARÆ VIRGINIS CVLTORIBVS.

ACCEDIT PARAPHRASIS IN Canticum Magnificat, & Votum pro Rege Chriſtianiſſimo.

Authore P. LVDOVICO MAGNETIO Societatis IESV.

EDITIO ALTERA.

SENONIS,
Apud MICHAELEM METTAYER, Typographum ac Bibliopolam.
M. DC. XL.

BIBLIOTECA NAZ. VITT. EM. ROMA
SOC. IESV BIBL. SEC. COLL. ROM.
Digitized by Google

Digitized by Google

PARAPHRASIS ORATIONIS DOMINICÆ.

ODE I.

GENTIS humanæ Pater, in ſuprema
Qui potens rerũ dominaris arce,
Te colant omnes, pauidiq́ ſanctũ
Nomen adorent.
Hoſtibus regnũ domitis capeſſe:
Noſque conſortes adhibens perennis
Imperî, æterno ſolio locatis,
Regibus adde..
Alites ſummo veluti cateruæ
Ambiunt cælo properante penna,
Ire quò mandas, docilemque dictis
Subdere mentem:
Sic tuum Tellus venerata numen
Nobile ancillæ decus obſequentis
Optet, & juſſos obeat ſerena

Digitized by Google

Fronte labores.

Non dapes lautas ſaturi, merumque
Maſsicis fuſum petimus diotis:
Paſce currentis modica beatos
Fruge diei.

Vtque obærato faciles clienti
Iura laxamus; ſcelerum ſequaces
Abſtine pœnas, veniæque pronus
Verbera pone.

Solue quos cæcis inimica plantis
Fraus parat caſſes: rabie tumentes
Tartari laruas cohibens, moleſtis
Exime bellis.

ODÆ IN SALVTATIONEM ANGELICAM.

ODE II.

Aue.

O Diua tanto notior ætheris
Magno Tonanti, quanto humiles magis
Amans receſſus, fundis imo
Corde preces aliena faſtu.
Seu nauigantûm ſidus amabile
Placet vocari, ſeu mare fluctibus

Vndans amaris, phoſphoruſque
Ante diem rutilans perennem;
Auere cælum te iubet anxio
Metu ſolutam: non ego triſtia
Deſcendo laturus dicatæ
Æthereis thalamis puellæ.
Lætare (Virgo) tu ſuperûm choris
Diu expetitam lætitiam refers:
Terræ colonos, inferiſque
Exhilaras animas ſub vmbris,
Inſanienti nam ſapientiâ
Vt Eua peſtes gentibus intulit;
Sedeſque præcluſit beatas,
Et ſtygios reſerauit ignes:
Sic tu ſagacis conſilij potens
(Regina) læis aurea ſæcula
Terris redonas; & negati
Clauſtra aperis, aditumque cæli.
Hinc terra geſtit tollere viuidis
Roſis coronatum & violis caput:
Hinc pura currunt, aureaſque
Flumina conglomerant arenas.
Arridet Euris aura fauentibus,
Blandaſque voces prouocat alitum:
Iungunt choreas excitatæ
Carminibus ſonituque ſyluæ,
Aue niuoſo vertice montium,

Aue profundis vallibus inſonat:
Tibi ſalutem (Diua) mittit,
Qua, ſine te, cariturus orbis.

ODE III.

Gratia plena.

ALÿ lymphas ſitiente vado
Captant pluuias, & fortuitis
Gaudia donis agitant breuia:
(Diua) perennis gurgite fontis
Viuo exundas: Charites plenis
Tibi reſpergunt violas calathis,
Vacuaque manu ſibi miratæ
Reſtare nihil, magna auxilium
Omnibus oris voce requirunt.
Illico totus conuolat orbis;
Vndique flores, vndique gemmæ,
Vndique honores, vndique dona.
Sidera texunt pura coronam,
Tepidoque comas rore maritant.
Soluens zephyros antris genitor
Cælo gratos afflat odores:
Mella labellis fundit Hymettus,
Veſtibus aptas æmula conchas
Cærula promunt: prodiga tellus
-ium gazis explicat aurum.

Ipſa ſupremo Diuina Trias
Solio ſacras jaculata faces
Viſcera figit, corque ſupernis
Ignibus vrens, imprimit altæ
Lumina menti.
Lumina priſci talia numquam
Senſere Patres, talia ſeris
Æui ſpatijs nulla nepotes.
O Diuini pectoris æſtus!
O incendia diuæ gremio
Quantis gliſcunt feruida flammis!
Cæli procerum quis fouet ignes
Pectore tantos? quis Cherubinæ
Præſul Choreæ tanto radiat
Fulgure lucis? ſuprema poli
Scandens animo triſtega Paulus,
Nec ſua, nec ſe ſentit; amanti
Victima IESV, *nil niſi plagas*
Entheus ardet, vincla, cataſtas;
Et pro trabeis ſtigmata iactat;
Regumque minis altior ipſa
Prouocat imi monſtra barathri.
Sed quæ cælum regina tenet,
Cælique Deum corde reclinat,
Vbere paſcit, carmine mulcet;
Quæ cum IESV *gaudia, luctus,*
Damna, labores, vitam, mortem

Confixa cruci, diuidit Annon
De te victrix (Paule) triumphat?
Annon reliquos vincit amantes?
Cedite cæli, cedite, ciues;
Omnes Mater Virgo lepores
Chariteſque tenet: Principe quidquid
Minus eſt ſummo meritæ primum
Regis amorem, primumque decus,
Iure ſecundos ſoluat honores.

ODE IV.

Dominus tecum.

Gabriel. Luc. 1.

Non ſi deliciæ poli
Liquantur tenerum Virginis in ſinum
Votis ſit Mariæ ſatis:
Fœcundis Mariæ viſceribus niſi
Incluſus recubet Deus,
Nunquam ſufficient cætera pectori,
Solus quod Deus impleat.
Ergo ſidereis labere ſedibus
(Æquæui ſoboles Patris,
Immortalis amor:) deſine mittere
Poſthac de pharetra faces
Et toto in Mariam numine deuola.

Nam quo commodiùs loco
Mitis conſtituas imperij caput?
Cæli Virgo ſubit vices:
Stellatis animo celſior orbibus.
Virtutum facibus micat;
Ad numen ſtabili cardine motibus
Fertur nobilioribus:
Mulcenſque alloquijs aligeros greges,
Terris blandiör influit.
O dignum Domini pectus amoribus!
Quid cunctatis (amor) ſacræ
Te ſponſum thalamo jungere Virginis!
Æquis ætheris arbiter
Aſſenſit precibus, moxque ruens polo,
Et terris puer additus
Intacto Mariæ Virginis in ſinu
Cælum purius inuenit,
Ac templum miſeris vtilius reis.
Felix, ô ter, & Ampliùs
Quam ſponſam ſuperûm regis & hoſpitam
Fecit pronuba caſtitas,
Et mens nec tenui ſordida puluere!
Salue gloria Martyrum,
Salue cælituum præcipuumdecus:
Salue regia Principis
Auguſta ætherei; ſacra facit tuis
Exultans adytis Deus

Idem viſceribus qui ſerit intimis
Cæli myſtica lumina;
Ori qui roſeo melleus inſidens
Vultu nubila diſcutit,
Crineſque ambroſys miſcet odoribus.
Hinc peſtes Erebi procul,
Hinc diri lemures, monſtraque feruidi
Stagnis debita Tartari.
Sancti cum populis vndique confluant
Curſu præpete principes,
Et ſceptris poſitis Virgineo colant
Incluſum gremio Deum.

ODE V.

Benedicta tu in mulieribus.

Gabriel & Elizabeth. Luc. 1.

O Quantum charitum venuſtiorum,
Et vatum eſt vbiuis ſuauiorum,
Feſtinis alacres micate plantis:
Ad ſanctam Iſacidûm volate gentem,
At paruam Mariæ caſam ſubite.
Tum flexis genibus meam hac patronam
Compellabitis allocutione:
Salue delicium, decuſque cæli;
Te noſtro Omnipotens ſalutat ore

Tanto Chriſtiadis magis colendam,
Quantò vna omnibus anteis puellis,
Et poſt te reliquas nurus relinquis.
Nam quæ virgineum puella peplum
Sacrauit pariens? tulitque Virgo
Illibata vterum ſatu Tonantis?
Quæ parens peperit ſuum Parentem?
Quæ Diuûm atque hominum regit potentem?
Quid ſi cælituum præſes cateruis?
Et lunam pedibus tenes ſubactam?
Quid ſi Tartareum obteris draconem?
Nempe es filia corculumque Patris,
Æternæ ſobolis parens alumna,
Patri ſpirituum iugata ſponſa.
Hæc cum dixeritis meæ patronæ
(Vates & charites ſuauiores)
Satis feceritis piæ camænæ;
Nil vos vltra moror, rediite, ſultis.

ODE VI.

Et benedictus fructus ventris tui.

Elizabeth. Luc. 1.

Q*Valis purpuream Cinthius aureis*
Auroram radijs veſtit, & obrutam
Læto pondere botrus

Ornat pendula vineam:
Talis te decorat progenies tua
(Solis perpetui nuntia pulchrior:
Sic te (Diua) coronat
Fœtus quem gremio geris.
Hunc auræ æthereæ ſpiritus addidit
Caſtis viſceribus : te ſidei tuæ
Iunxit pronubus ardor
Sponſi numinis ignibus.
Fit Chriſtus Soboles ſubdita fœminæ;
Et de Virginei carcere pectoris
Agnoſcitque parentem,
Et Matres ſuper euehit.
O felix vteri fructus, & arboris
Vitalis pretio cedere neſcius!
Talem priſca negarunt
Noſtris ſecula Patribus.
Sunt qui Pæonÿs artibus vtiles
Certis ægra leuant corpora peſtibus:
Aut bellaria menſis
Præbent debita Regÿs:
Hic mentes etiam ſanat, & Angelos
Diuoſque exhilarans ambroſia dape,
Noſtras imbuit aras
Sacri nectare poculi.
Hunc palmes geminus diſſimili modo,
Hinc crux, inde parens edidit : hæc ſinu

Lactentem fouet, illa
Diro funere conficit.
Quanto alûus Mariæ mitior eſt crucis
Crudeli thalamo! Chriſte feram nimis
Exhorreſce nouercam,
Matrem præfer amabilem.
Matri infige puer melleus oſcula:
Indulge ſobolis mater amoribus.
Produc vbera mater;
Proles exere vulnera.
Spectantes ſuperi plaudite; dicite:
Dignus matre puer, digna Deo parens:
Dignam prole parentem
Natus Dignior efficit.
Hoc ipſum modulis dulce ſonantibus
Tellus, vnda, noti, ſidera ſuccinant;
Illis entheus ardor
Cogit me quoque jungere.
Dicam (Virgo) poli quod præit aliger:
Felix vua tui myſtica palmitis:
Cujus perpetuo madent
Diûum pectora Maſſico.
Manauit ſolymis hic liquor è jugis:
Acta eſt inſolito quadrifidæ trabis
Hæc vindemia prælo
Chriſti corpore proflua.

ODE VII.

IESVS.

Aris (Numinis aliger)
Candentem ſolymis, i, rape calculum,
Et labris adhibe meis;
Linguâ mella fluent, nomen amabile
Dum IESV *loquar entheus.*
Inuentum æthereis Angelus in fanis
Reginæ prior obtulit:
Excepère pijs cantibus obuij
Plauſuque alipedum choris.
Incidit teneris ſacrifica manu
Membris vulnificus chalybs,
Altè infixit amans ardua caritas,
Et vitæ aſsiduus rigor;
Donec viſceribus verbera peruijs
Inſculpſere profundiùs.
Et cor tranſadigens lancea myſticè
Tinxit ſanguine muricis.
Hinc ſecura ſalus, almaque fauſtitas,
Hinc manant mera Gaudia:
Hinc flammæ, hinc olei flumina, balſama;
Et puri mare nectaris.
Felix (CHRISTE *) tuis qui penitus rogis*
Conſumptus ſibimet perit.

Qui vanas animi ſollicitudines
Iſto nectare diluit:
Qui plagis adhibet talia balſama:
Cui ſtillans oleum tuis,
(IESV *) vulneribus pectora roborat?*
Læti ſcandite Golgotham:
De IESV *medicis ducite fontibus*
Mentis pinguia pabula,
Puras delicias, perpetuas opes,
Ægri pharmaca corporis,
Et ſpes æthereæ non dubias plagæ.
IESVM *Tartarus horreat;*
Infames animæ mollicie & mero
Merſum (ſi licet) obruant,
At caſtis procerum dulcior auribus
Quæ vox chriſtiadûm venit?
Vt bellè ambroſijs addita ferculis
Laudum carmina conſonant:
Nec non dædaleis flexibus amnium
Certant prata virentia,
Quæ florum varians mille coloribus
Pingit veris amœnitas,
Et Sol auricomis ignibus incubans
Gratis ſpargit odoribus:
Sic mens æthereis dedita amoribus
Libat Gaudia cælitum,
Dum ſecum memoras delicias ſacro

Digitized by Google

IESV nomine conditas.
Quid leto propior cùm ſuperas domos
Viua præcipiet fide?
Cum dicet ſaliens : ibimus , ibimus
Ad mites (ſocij) plagas ;
Et IESV *ſpatijs ora perennibus*
Clara luce tuebimur?
Abſterget lacrymas , diſcutiet metus?
Et menſis adhibens ſacris
Fungetur docilis munere vernulæ.
O felicia ſæcula!
Quis tum me teneat , ne pedibus mei
Affuſus Domini , comes
Fiam Magdalidos? præteritæ nefas
Vitæ fletibus , eluam?
Et plagas manibus metiar , oreque
Optatis fruar oſculis?
Immo quin patulum deferar in latus ,
Et IESVM *ſatur ebibam?*
At dum ſacrilegos inter , & exules ,
Tales blanditias moror ,
IESVM *viſceribus funditùs imprimam ;*
Cordi ſic penetrans notas ,
Quas infixit amor principis optimi ,
Vt carum mihi tollere
Nomen bella queant nulla ſuperſtiti.

O D E VIII.

Sancta, id eſt pura, Deo conſecrata, veneranda.

LAudabunt alij (ſudo cum ſidera cælo
Clara micant) argentea lunæ
Spicula & auroræ croceos ſurgentis amictus,
Aut aurum fornace recoctum
Tergemina, & puro vibrantes lumine flammas.
Pars riuos ſalientis amabit
Prata per & ſaltus lymphæ, formoſa juuentus
Gaudet vbi liquida ſpeculari,
Teſtibus excluſis, viuos in imagine vultus:
Me nil vt Mariæ decus ingens
Percutit; & ſuperis ſpecies gratiſſima turmis;
Quam nec tempora, nec violentæ
Sordibus inficiunt aut turbant flabra procellæ.
Plenam fas eſt dicere lunam:
Aſt interiectæ nunquam telluris in vmbra
Deficiet; ſoliſue laborans
Luminibus condet niueos euanida vultus:
Nunquam nigra fronte lacunas
Signabit, triſtique genas ferrugine tinget:
Nunquam cornibus aſpera plenam
Vel minuet faciem, vel totam ingloria perdet.
Talis (Virgo) luna coruſcas:

Te nullæ variantque vices, labeſque cruentæ,
Noxa obducit nullius vmbra;
Nec quæ Primæui contracta errore parentis
Nobis primo ſurgit in ortu;
Nec quæ degeneri mentem torpore reſoluit,
Nec quæ vafra ſubruit arte.
Atque adeo ſanctam vero cognomine Graij
Terrenæ nil molis habentem
Dixerunt; quippe ætherea ſplendeſcis in aula
Purior auro, purior igne;
Et lectis Erythræ conchis & nocte ſerena
Certatim radiantibus aſtris:
Purior Angelicæ illibato flore iuuentæ.
Quid mirum, ſi tollit honore
Tanto te genitor, multis è millibus vnam
Legerit vt propriam ſibi ſponſam,
Et templum auguſto hoſpitio ſacriſque dicatum?
Si ſupremæ conſcius aulæ
Veraci fœtam charitum te voce ſalutans
Prono vertice primus adorat?
Pandit iter puer æthereus, factiſque ſuadet
Quos Mariæ debemus honores.
Iungite vota (pij paſtores:) iungite (reges:)
Vota in ſtella iungite (ſtellæ:)
Cognatam venerare infans cum matre propheta:
At vos (cæci monſtra profundi)
Diffugite; obtriuit magni nam colla draconi-

Atque errorum contudit Hydram:
Affecit merita confuſos morte Tyrannos,
Proſcriptum ſcelus expulit orbe.

ODE IX.

MARIA.

S. Bonauentura interpretatur, illuminatam; illuminatricem, Dominam, ſtellam maris, mare amarum: in ſpeculo Beatæ Virginis, Lectione 3.

DIxi Mariam: ſidera plaudite;
Ridete campi, flate fauonij:
Dixi Mariam, quidquid alta Illuminata.
Mente licet reputare dixi.
Maria clauſum pectore continet
Terræ per amplos quidquid Apoſtoli
Sparſere tractus, & Prophetæ
Fatidicis cecinere linguis.
His fata pandit myſtica & Entheæ Illuminatrix,
Mentis receſſus, diaque lumina:
Et certa doctoris ſupremi
Senſa ſacro reſerauit ore.
Teſtis Ioannes quem vice filij
Complexa pleno proluit vbere:
Pathmique ſemotis ab antris
Aſtra ſuper dedit intonare.

Digitized by Google

Quid ſi Miniſtri Numinis alites
Subire cæli culmina virginem
Optant, & aures deſtinatas
Ad Dominæ documenta purgant.
I (Virgo) terrâ celſior; ætheris
Te regna poſcunt; aligeros greges,
Diuoſque præceptis beata
Gymnados erudies magiſtra.
Trades nouenis menſibus abditus
Quæ Chriſtus olim viſceribus tuis
Arcana ter denoſque ſanctis
Alloquijs docuit per annos.
Intenta dictis agmina cælitum
Te denſa cingent; menteque feruida
Bibent amores inſuetos,
Et pede ſubſilient venuſto.
At tu perennes indigetum choros
(Regina) duces: dulce canentibus
Et ſepta turmis, ter beatum
Inter opes agitabis æuum.
Non flebis vltra corporis algidos
Artus tenelli, nec ſilice aſpera
Fuſum cruorem, lacrymaſque
Innocuas patientis agni.
Iam non requires anxia perditum:
Non quem proteruis luſibus impia
Plebis ſatelles ſeminudum

Expoſuit, trucibuſque flagris.
Sed nec ſequeris ſanguine præuio
Signata diri marmora golgothæ;
Palmaſque confixas cruentis
Suſpicies gemebunda clauis.
Non aura cernes liuida, non genis
Sparſum cruorem, ſputáque ſordida:
Non aure probroſas querelas
Carnificum procerumque duces.
Vndans amaris te mare fluctibus
Nemo vocabit; nemoque filiam,
Matrem dolorum, conjugemque,
Atque reis grauiora paſſam.
Regnabis ipſo celſior æthere;
Rerumque pollens lumina diuides
Terræ colonis, cælitumque
(Præ Domina) rudibus catervis.
Et de ſupremæ fornice regiæ
Solis refulgens ſidere pulchrior,
Vitæ procellas æſtuoſæ
Lumine diſcuties ſereno.

Ma reamrum.

Stella maris.

ODE X.

Mater Dei.

QVid vilis tuguri clauſus in angulo
Regni lucra morer? ſtat ſuperas domos.

Aulamque ætherei viſere Principis,
Et cæli penetralia.
Illic delicijs læta perennibus
Delecti proceres tempora tranſigunt;
Illic diuitias regnaque poſſident
Nullis obuia caſibus.
Illic regifico conſidet in throno
Diuinæ ſobolis mater, & arduum
Bis ſex ſideribus lucida verticem
Vultu fulgurat igneo.
Quale inſtar Dominæ? ſidera ſideris
Ad tanti radios lumina contrahunt;
Miranturque ſuis ſedibus Angeli
Splendere inſolitum jubar.
O portenta nouis propria ſeculis!
O ignota Patrum temporibus! fide
Quis poſſet ſtabili credere, ni Deus
Author credere cogeret?
Solem luna parit, progenies patrem,
Riuuſque Oceanum; labitur æthere
Cælum; terra polos it ſuper, & Deum
Aluus paruula continet.
Matrem (Virgo) Dei te colimus, canunt
Cæleſtes choreæ, dæmones annuunt:
Lingua Neſtorius ſacrilega neget,
Vermes, quos patitur, probant.
Addam, quod petulans hæreſis horreat,

Certas ætherei Patris honoribus,
Et gignis paribus prodigijs ſatum
Puris viſceribus Deum.
Æterno vnigenam cum Patre diuidis
Et totus Patris eſt qui tuus vnicè:
Vt cælebs ſobolem progenerat Pater,
Fis mater ſine conjuge.
Vt nullis premitur torminibus pater
Natum parturiens, ſic grauidis dolor
Qui torquere ſolet viſcera matribus
A partu refugit tuo.
Quid non (Diua) potes, tam ſimilis Deo?
Quid clauſum Mariæ, cui patet imperî
Non tantùm ſuperi gaza, ſed ipſemet
Rerum creditur arbiter?
Si Patrem decorat Filius obſequens;
Matris (quantus honos!) juſſa Deus facit.
Ergo conglomerant vndique Virginis
In laudem ætherei chori:
Ponunt ſceptra pij regia principes;
Et cæli Dominam ſollicitis colunt
Addicti obſequijs, votáque ſupplices
Soluunt debita poſtibus.
I nunc, tolle caput rana lemanicis
Importuna vadis, & Mariæ nega
Quod diui atque homines, quod ſuperûm Pater
Illi ſubditus aſſerit.

ODE XI.

Ora pro nobis.

QValis aurato Salomon, leones
Inter, armatam procerumque turbam,
Fulgurat celſus ſolio, minaxque
Terret iniquos:
Talis ærata medius cohorte
De throno Chriſtus tonat; & tremendas
Fulminat voces, trepidumque flammis
Increpat orbem.
Sed thronum Chriſti liquido coronans
Rore, cæleſtem notat iris arcum:
Huncque demulcet memorans vetuſtæ
Fœdera pacis.
Iris es (Virgo:) trahis à Parente
Mille virtutum ſpecies; ſtuporem
Incutis mundo, ſuperumque nobis
Numen amicans
Rorido amplexu cohibes, cruenta
Tela ne terris vibret, atque matrem,
Dum reos vltor petit, innocentem
Vulnere figat.
Blanda ſic Eſther populum doloſis
Cladibus quondam malè deſtinatum
Liberat cautè reprimens timendi

Principis

Principis iras.
Impera (mater;) facile obſequetur
Ille qui ſedes ſuperûm beatas
Liquit, vt terræ datus inquietis
Exulet oris.
Si moram nectit veniæ, papillas
Lacte turgentes, lacrymis rigatas
Profer, & ſancta cruce profluentem
Adde cruorem.
Hæ tuæ partes; ideoque terris,
Aſſides cæli Domino, relictis,
Noris vt molles aditus, preceſque
Tempore fundas.
Diua, te nobis petimus Patronam:
Quærimus fidi latebras aſyli:
Nullius fruſtra precibus vocatam
Prendimus aram.

ODE XII.

Peccatoribus.

TV potes (Virgo) malè prouocatum
Fraudibus noſtris ſobolis furorem
Matris aſpectu, ſonituque notæ
Frangere vocis.
Nos enim iuſtis quatiunt flagella

Noxios plagis; Phariſeus ore
Se ferat purum ſceleris proterno;
Crimina flemus.
Criminum germen genitricis aluo
Conſitum primis inoleuit annis:
Arbor aſſurgens carioſa fudit
Poma Gomorrhæ.
Verbera infligi meritis fatemur:
Mentis at notam placidæ Patronam
Poſcimus; fida prece te vocantes
Reſpice ſontes.
Ergo quos natus moriente Patri
Voce commendans, pretio redemit
Sanguinis, ſpretos rigido repulſæ
Verbere plectes?
An latent nexus, quibus obligaris
Conſciæ errorum ſcelerumque turbæ?
An reos neſcis tibi creditores?
Nomina ſolue.
Tu reis nomen, decus & Parentis
Virginisdebes; nec enim beata
Chriſtus exiſtet ditione puris
Crimine terris.
Tolle morborum ſcelerumque peſtes;
Prole quid nobis, quid opus parente?
Te rei matrem faciunt, reorum
Suſcipe cauſas.

Nil tibi ad legum ſolitum rigorem,
Quam Deus (judex licet, & timendum
Hoſtibus numen) trepidæ parauit
Plebis aſylum.
Iura quid læſi memoras Tonantis?
Iura clementi Domino ſuadent
Parcere abiectis: tua iunge ſonti
Vota cateruæ.

ODE XIII.

Nunc.

PRoh quam volucri concita gyro
Vertitur ætas! orimur, morimur;
Eadem letum promouet hora
Quæ dedit auram; carceribuſque
Iunctæ rapiunt ſtadium metæ.
Qualis ventis acta ſecundis
Cum cymba ſali cærula rupit,
Nullos curſus rapidi ſulcos
Refluo properans gurgite ducit.
Ales vt æthræ ſumma capeſſens
Verberat alis ſtreperis auras,
Totoque viam corpore findens
Nulla volantis ſigna relinquit.
Vt fulminei cuſpide teli

Cælum penetrat belliger arcus;
Sed reuolutus protinus aër,
Tanti aſpectum turbinis aufert:
Sic volat ætas: omnia fluxus,
Omnia venti, nebulæ, nubes,
Fulgura, laruæ, ſomnia, ludi:
Tenues pappi quos puer aura
Leni difflat: gracilis ſpuma,
Atrox ſcopulo quam tempeſtas
Alliſam vda perdit in alga:
Auſtris fumus peruius; hoſpes
Vnius horæ quem mora vexat;
Abeunt, fugiunt, vmbra fuerunt.
Vbi nunc Cræſus, gazaque fallax?
Liquidi ſtagnis æſtuat auri.
Vbi Pellei juuenis faſtus,
Cui non ſatis eſt vnicus orbis?
Facile anguſta clauditur vrna.
Modo formoſus nigras Abſalon
Crinibus aureis ventilet auras:
Modò fœtenti corpore turpes
Furua Salomon ditis in aula
Iactet amores; gaudia luctus
Propior ſequitur, porrectaſque
Longiùs vmbras premit occaſus.
Felix magni prouidus æui,
Qui breuis horæ facili cura

Cælo ingentes condit aceruos.

ODE XIV.

Et in hora mortis noſtræ.

DEbita leto victima lucem
Carpimus omnes. Quis ſibi totum
Arroget æuum! vitæ authorem
Vita reliquit; vitaque mortem
Nonniſi crudo funere vicit.
O dura horæ fata ſupremæ!
O dolor ingens! ô pauor! ô quas
Moriens curas animo voluam?
Occidet, heu! ſol æternæ ferens
Noctis tenebras: corpus amicum
Neſcia perdet vita futuri.
Fruſtra feriet queſtibus auras
Anxia proles; mæſtaque conjux
Quatiet miſero ſidera planctu,
Sparſiſque comis pectora tundens
Numina votis ſurda laceſſet.
Dabitur fœdis vermibus eſca
Turpe cadauer. Grata valete
Ludicra quondam: cæcuba plenis
Quondam pateris hauſta valete.
Putruere dapes, ceſſere joci,

Luſus, choreæ, cantus, amores.
Vt apis fuſo melle voluptas
Fixa relinquens ſpicula fugit.
Aſpicis vt me tempore iniquo
Omnium egentem perfida prodit?
Mens labat & cor: pectus anhelat:
Frigentque pedes, horrentque comæ:
Oculi ſolito lumine caſsi
Media flentes in morte natant:
Tempora preſsis nigra lacunis
Frontem attollunt ſudore putri
Olidam; pallor vultum obnubit:
Quaſſat fauces ſpiritus æger,
Oraque torquet; ſummis anima
Pendula labris judicis iras
Horret & æui fata perennis.
Quò mox rapiar? quodque tribunal
Sontem expectat; nocte propinqua
Hinc digreſſus cui dabor hoſpes?
Qua ſorte, gradu, menſa, lecto
Degam longæ tempora vitæ?
Obitus terret, ſed mora vexat:
Quocumque oculos mentemque fero,
Triſtia cogor cernere mæſtus;
Cælum metuo, fulminat vnde
Rigidus ſontes arbiter: Orcum
Terra dehiſcens, monſtraque pandit

Armata flagris, ferro, facibus.
Ad me rediens video furiam
Fædam, horribilem, truculentamque
Mentis ſcelerum nocte dieque
Stimulis ictæ: territat vſque
Noxa authorem; vexat vbique.
Quæ ſpes tantis æſtibus ægro,
Niſi tu genitrix alma ſalutis?
Aut quæ tenebras ſtella fugabit,
Niſi diuini præuia ſolis?
Patrona tuos fida clientes
Hactenus audis: te prece vana
Rebus in arctis nemo vocauit;
Nobis adeo licet immeritis
(Supplice queſtu poſcimus) adſis
Dubiæ trepida mortis in hora.

ODE XV.

Amen.

AMen amen fideles
Deo Deique matri
Reſpondeant clientes:
Cantuque prouocatæ
Modulante voce reddant
Amen amen ouantes.

Cæleſtium choreæ.
Venti leues per auras
Humana ſæpe ſpargunt
Promiſſa ; nec tenetur
Verbi fides volantis,
Quod ſumma labra corde
Diſſentien'e mittunt.
Homines arundo putris
Falſo nitens virore;
Franguntur & cruentant
Quos ſuſtinent; docentque
Mortalium caducas
Res ire, ſpeſque vanas.
At prouidus ſuorum
Nutriitius clientûm
Pater manet, vagaſque
Nec conſilî, nec æui
Subit vices fugac's.
Dio quod ore prodit
Radice ſtat ferentis
Sincera dicta linguæ:
Nec diſsidere factis
Fas verba ducta veri
De fontibus perennis.
Fando Deus peregit
Toto nitens quod orbe
Oculos rapit tuentûm.

Fando Maria caſtam
Aluum tumere ſenſit:
Nec laude mentienti
Se gratiæ potentem,
Eſt & Dei parentem,
Mirata nominari.
Credo Deo loquenti,
Et nuncium ferenti
Interpreti Tonantis.
Diuam rogabo fidens,
Cui nil poteſt negari,
Quæ nil ſolet negare:
Et vota ſi moretur,
Præceps in eius vlnas
Me proruam; cadenti
Occurret & receptum
Exoſculata blande,
Ecquid velim rogabit.
Tum tollar inſuſurrans
Ad blandientis aurem;
Dicam: velim (Patrona)
Cum prole te flagranti
Conſtans amare corde:
Conſtans amare matrem,
Conſtans amare natum;
Et vtriuſque laudes
Cum ciuibus ſupernis

Perenne prædicare.
Amen amen fideles
Deo Deique matri
Reſpondeant clientes:
Cantuque prouocatæ
Modulante voce reddant
Amen amen ouantes
Cæleſtium choreæ.

PARAPHRASIS
IN CANTICVM
BEATÆ VIRGINIS,
Magnificat.

1 *PRincipi grates animus ſupremo*
2 *Soluit immenſas: mihi ſoſpitalis*
In Dei laudes ſalit inſueto
Spiritus æſtu.
3 *Nam quod abjectam famulam ſerena*
Fronte reſpexit, venientis aui
Secla felicem, placidoque natam

Digitized by Google

Numine dicent.

4 *Ille me largis onerans profuſæ*
Dexteræ donis, operum miniſtram
Eſſe magnorum voluit, ſuaque
Prole parentem,

Cujus auguſtos ſequitur poteſtas
Efficax nutus, adeoque ſanctum
Vltimas nomen volat obligati
Orbis ad oras.

5 *Sic per ætates ſerie perenni*
Hactenus ductas veniæ paratus,
Obſequi promptas animas benigno
Pectore fouit.

6 *Exerens vires validis lacertis*
Contudit faſtus procerum rebelles:
Speque dejectis pudibunda ſparſit
Ora rubore.

7 *Perculit reges ſolio ſuperbos:*
Pauperum nectens capiti coronas,
Sceptra calloſis dedit emicare
Regia dextris.

8 *Sic fame enectos inopes bonorum*
Mille theſauris cumulans, inani
Spe locupletes, ſpecieque vana
Luſit hiantes:

9 *Sic memor priſcæ bonitatis, ala*
Condidit blanda genus Iſraëlis;

Digitized by Google

Et ſibi æterno thalami jugalis
Fœdere junxit.
10 *Quod ſacramento Patribus fideli*
Sanxit antiquis, Abrahæ, nepotumque
Inclytæ genti, fugitiua dum ſol
Tempora voluet.

VOTVM DEIPARÆ VIRGINI PRO CHRISTIANISSMO REGE ET REGNO.

Diua, quam magni Dominam Tonantis
Arguit matris decus, & potentem
Imperî diuos homineſque juſta
Lege tenentis.
Si cubas inter niueis propinquos
Lilijs riuos, humileſque amantem
Virgines ſponſum recreas decorì
Lumine vultus;
Gallicum ſerua populum; tibique
Lilia ex aulæ ſuperæ viretis
Lecta decerpens, capiti decentem
Necte coronam.

Digitized by Google

Lilia antiquus Salomon amauit,
Pinxit in templis, trabeiſque geſſit:
Hæc nouus nobis Salomon ſereno
Mittit ab axe.

Hæc venenatis prohibet colubris,
Noxiæque auræ lue peſtilenti,
Et procellarum rabie, manuſque
Vngue rapacis.

Hac Patres Patrum latijs ab oris
Hactenus pulſos refouet ſub vmbra:
Hac peregrinas ope conſueuit
Pellere ſtrumas.

Ergo, quam grata vice liliati
Stemmatis clemens Deus obligauit,
Supplicem fida pietate gentem
Dura repelles?

Nonne te primis cecinere votis
Gallici reges Druidæ lycei,
Virgini quando poſuere templum
Nobile matri?

Nonne conceptum macula carentem
Ante Romanos coluere Franci?
Et palam feſta celebrare luce
Gallia cœpit?

Nonne Sorbonæ Schola prima ſanxit
Se tuæ fidam fore puritatis
Vſque Patronam, ſocioſque pacti

Noxios plagis; Phariſeus ore
Se ferat purum (ſceleris proteruos
Crimina flemus.
Criminum germen genitricis aluo
Conſitum primis inolenit annis:
Arbor aſſurgens carioſa fudit
Poma Gomorrhæ.
Verbera infligi meritis fatemur:
Mentis at notam placidæ Patronam
Poſcimus; fida prece te vocantes
Reſpice ſontes.
Ergo quos natus moriente Patri
Voce commendans, pretio redemit
Sanguinis, ſpretos rigido repulſæ
Verbere plectes?
An latent nexus, quibus obligaris
Conſciæ errorum ſcelerumque turbæ?
An reos neſcis tibi creditores?
Nomina ſolue.
Tu reis nomen, decus & Parentis
Virginisdebes; nec enim beata
Chriſtus exiſſet ditione puris
Crimine terris.
Tolle morborum ſcelerumque peſtes;
Prole quid nobis, quid opus parente?
Te rei matrem faciunt, reorum
Suſcipe cauſas.

Nil tibi ad legum ſolitum rigorem,
Quam Deus (judex licet, & timendum
Hoſtibus numen) trepidæ parauit
Plebis aſylum.
Iura quid læſi memoras Tonantis?
Iura clementi Domino ſuadent
Parcere abiectis: tua iunge ſonti
Vota cateruæ.

ODE XIII.

Nunc.

P*Roh quam volucri concita gyro*
Vertitur ætas! orimur, morimur,
Eadem letum promouet hora
Quæ dedit auram; carceribuſque
Iunctæ rapiunt ſtadium metæ.
Qualis ventis acta ſecundis
Cum cymba ſali cærula rupit,
Nullos curſus rapidi ſulcos
Refluo properans gurgite ducit.
Ales vt æthræ ſumma capeſſens
Verberat alis ſtreperis auras,
Totoque viam corpore findens
Nulla volantis ſigna relinquit.
Vt fulminei cuſpide teli

Cælum penetrat belliger arcus;
Sed reuolutus protinus aër,
Tanti aſpectum turbinis aufert:
Sic volat ætas: omnia fluxus,
Omnia venti, nebulæ, nubes,
Fulgura, laruæ, ſomnia, ludi:
Tenues pappi quos puer aura
Leni difflat: gracilis ſpuma,
Atrox ſcopulo quam tempeſtas
Alliſam vda perdit in alga:
Auſtris fumus peruius; hoſpes
Vnius horæ quem mora vexat;
Abeunt, fugiunt, vmbra fuerunt.
Vbi nunc Cræſus, gazaque fallax?
Liquidi ſtagnis æſtuat auri.
Vbi Pellei juuenis faſtus,
Cui non ſatis eſt vnicus orbis?
Facile anguſta clauditur vrna.
Modo formoſus nigras Abſalon
Crinibus aureis ventilet auras:
Modò fœtenti corpore turpes
Furua Salomon ditis in aula
Iactet amores; gaudia luctus
Propior ſequitur, porrectaſque
Longiùs vmbras premit occaſus.
Felix magni prouidus æui,
Qui breuis horæ facili cura

Cælo ingentes condit aceruos.

ODE XIV.

Et in hora mortis noſtræ.

Debita leto victima lucem
Carpimus omnes. Quis ſibi totum
Arroget æuum! vitæ authorem
Vita reliquit; vitaque mortem
Nonniſi crudo funere vicit.
O dura horæ fata ſupremæ!
O dolor ingens! ô pauor! ô quas
Moriens curas animo voluam?
Occidet, heu! ſol æternæ ferens
Noctis tenebras: corpus amicum
Neſcia perdet vita futuri.
Fruſtra feriet queſtibus auras
Anxia proles; mæſtaque conjux
Quatiet miſero ſidera planctu,
Sparſiſque comis pectora tundens
Numina votis ſurda laceſſet.
Dabitur fœdis vermibus eſca
Turpe cadauer. Grata valete
Ludicra quondam: cæcuba plenis
Quondam pateris hauſta valete.
Putruere dapes, ceſſere joci,

Digitized by Google

Luſus, chorea, cantus, amores.
Vt apis fuſo melle voluptas
Fixa relinquens ſpicula fugit.
Aſpicis vt me tempore iniquo
Omnium egentem perfida prodit?
Mens labat & cor: pectus anhelat:
Frigentque pedes, horrentque comæ:
Oculi ſolito lumine caſſi
Media flentes in morte natant:
Tempora preſſis nigra lacunis
Frontem attollunt ſudore putri
Olidam; pallor vultum obnubit:
Quaſſat fauces ſpiritus æger,
Oraque torquet; ſummis anima
Pendula labris judicis iras
Horret & æui fata perennis.
Quò mox rapiar? quodque tribunal
Sontem expectat; nocte propinqua
Hinc digreſſus cui dabor hoſpes?
Qua ſorte, gradu, menſa, lecto
Degam longæ tempora vitæ?
Obitus terret, ſed mora vexat:
Quocumque oculos mentemque fero,
Triſtia cogor cernere mæstus;
Cælum metuo, fulminat vnde
Rigidus ſontes arbiter: Orcum
Terra dehiſcens, monſtraque pandit

Digitized by Google

Armata flagris, ferro, facibus.
Ad me rediens video furiam
Fœdam, horribilem, truculentamque
Mentis ſcelerum nocte dieque
Stimulis ictæ: territat vſque
Noxa authorem; vexat vbique.
Quæ ſpes tantis æſtibus ægro,
Niſi tu genitrix alma ſalutis?
Aut quæ tenebras ſtella fugabit,
Niſi diuini præuia ſolis?
Patrona tuos fida clientes
Hactenus audis: te prece vana
Rebus in arctis nemo vocauit:
Nobis adeo licet immeritis
(Supplice queſtu poſcimus) adſis
Dubiæ trepida mortis in hora.

ODE XV.

Amen.

AMen amen fideles
Deo Deique matri
Reſpondeant clientes:
Cantuque prouocatæ
Modulante voce reddant
Amen amen ouantes.

Cæleſtium chorea.
Venti leues per auras
Humana ſæpe ſpargunt
Promiſſa ; nec tenetur
Verbi fides volantis,
Quod ſumma labra corde
Diſſentiente mittunt.
Homines arundo putris
Falſo nitens virore;
Franguntur & cruentant
Quos ſuſtinent; docentque
Mortalium caducas
Res ire, ſpeſque vanas.
At prouidus ſuorum
Nutritius clientûm
Pater manet, vagaſque
Nec conſilî, nec æui
Subit vices fugacis.
Dio quod ore prodit
Radice ſtat ferentis
Sincera dicta linguæ:
Nec diſſidere factis
Fas verba ducta veri
De fontibus perennis.
Fando Deus peregit
Toto nitens quod orbe
Oculos rapit tuentûm.

Fando

Fando Maria caſtam
Aluum tumere ſenſit:
Nec laude mentienti
Se gratiæ potentem,
Eſt & Dei parentem,
Mirata nominari.
Credo Deo loquenti,
Et nuncium ferenti
Interpreti Tonantis.
Diuam rogabo fidens,
Cui nil poteſt negari,
Quæ nil ſolet negare:
Et vota ſi moretur,
Præceps in eius vlnas
Me proruam; cadenti
Occurret & receptum
Exoſculata blande,
Ecquid velim rogabit.
Tum tollar inſuſurrans
Ad blandientis aurem;
Dicam: velim (Patrona)
Cum prole te flagranti
Conſtans amare corde:
Conſtans amare matrem,
Conſtans amare natum;
Et vtriuſque laudes
Cum ciuibus ſupernis

Perenne prædicare.
Amen amen fideles
Deo Deique matri
Reſpondeant clientes:
Cantuque prouocatæ
Modulante voce reddant
Amen amen ouantes
Cæleſtium chorea.

PARAPHRASIS
IN CANTICVM
BEATÆ VIRGINIS,
Magnificat.

1 *PRincipi grates animus ſupremo*
2 *Soluit immenſas: mihi ſoſpitalis*
In Dei laudes ſalit inſueto
Spiritus æſtu.
3 *Nam quod abjectam famulam ſerena*
Fronte reſpexit, venientis aui
Secla felicem, placidoque natam

Digitized by Google

Numine dicent.

4 *Ille me largis onerans profuſæ*
Dexteræ donis, operum miniſtram
Eſſe magnorum voluit, ſuaque
Prole parentem,
Cujus auguſtos ſequitur poteſtas
Efficax nutus, adeoque ſanctum
Vltimas nomen volat obligati
Orbis ad oras.

5 *Sic per ætates ſerie perenni*
Hactenus ductas veniæ paratus,
Obſequi promptas animas benigno
Pectore fouit.

6 *Exerens vires validis lacertis*
Contudit faſtus procerum rebelles:
Speque dejectis pudibunda ſparſit
Ora rubore.

7 *Perculit reges ſolio ſuperbos:*
Pauperum nectens capiti coronas,
Sceptra calloſis dedit emicare
Regia dextris.

8 *Sic fame enectos inopes bonorum*
Mille theſauris cumulans, inani
Spe locupletes, ſpecieque vana
Luſit hiantes:

9 *Sic memor priſcæ bonitatis, ala*
Condidit blanda genus Iſraëlis;

Digitized by Google

Et ſibi æterno thalami jugalis
Fœdere junxit.
10 *Quod ſacramento Patribus fideli*
Sanxit antiquis, Abrahæ, nepotumque
Inclytæ genti, fugitiua dum ſol
Tempora voluet.

VOTUM
DEIPARÆ VIRGINI
PRO CHRISTIANISSIMO
REGE ET REGNO.

Diua, quam magni Dominam Tonantis
Arguit matris decus, & potentem
Imperî diuos homineſque juſta
Lege tenentis.
Si cubas inter niueis propinquos
Lilÿs riuos, humileſque amantem
Virgines ſponſum recreas decori
Lumine vultus;
Gallicum ſerua populum; tibique
Lilia ex aulæ ſuperæ viretis
Lecta decerpens, capiti decentem
Necte coronam.

Lilia antiquus Salomon amauit,
Pinxit in templis, trabeiſque geſſit:
Hæc nouus nobis Salomon ſereno
Mittit ab axe.

Hæc venenatis prohibet colubris,
Noxiæque auræ lue peſtilenti,
Et procellarum rabie, manuſque
Vngue rapacis.

Hac Patres Patrum latijs ab oris
Hactenus pulſos refouet ſub vmbra:
Hac peregrinas ope conſueuit
Pellere ſtrumas.

Ergo, quam grata vice liliati
Stemmatis clemens Deus obligauit,
Supplicem fida pietate gentem
Dura repelles?

Nonne te primis cecinere votis
Gallici reges Druidæ lycei,
Virgini quando poſuere templum
Nobile matri?

Nonne conceptum macula carentem
Ante Romanos coluere Franci?
Et palam feſta celebrare luce
Gallia cœpit?

Nonne Sorbonæ Schola prima ſanxit
Se tuæ fidam fore puritatis
Vſque Patronam, ſocioſque pacti

Iunxit alumnos?
Ac vbi docta melius caterua
In tuum certant decus; & pudica
Æmulis ardent ſpeciem Patronæ
Pingere chartis?
Stat nihil poſthac, duce te, timere:
Vſque nos donis cumulas & vſque:
Ceteros inter populos ſupremo
Tollis honore:
Vndique obuallas; acieſque circùm
Ære fulgentes glomerans, furentûm
Hoſtium contra rabiem timendo
Marte tueris.
Irruant imo furiæ barathro;
Ciuium diros cieant tumultus:
Vndique infeſtis peregrina denſent
Agmina turbis.
Stabit æternùm tibi dedicati
Lilij florens viger; atque Idumes
Additus palmis Arabæ retundet
Cornua lunæ.
Spes alunt tantas tua (virgo) dona
Hactenus ductis manifeſta ſeclis:
Majus at quiddam licet ominari,
Æmulus ex quo
Nominis ſancti Lodoicus aras
Aureas cœlo tulit, & recente

Se tibi addicti populumque ſceptri
Fœdere iunxit.
Viuat Henrici generoſa proles,
Gentis inuictum decus, & potentûm
Principum lumen, ſolymiſque vindex
Debitus oris.
Hic piæ ardorem patriæ pudicæ
Suſcitans vita, quatit inquietæ
Hæreſis turres; & auita templis
Sacra reducit.
Hunc tua (Virgo) fidei viciſſim
Vendicans crebris decora tropheis:
Viuat & multâ genitor coronet
Lilia prole.

FINIS.

Digitized by Google